

talem fructum applicet. Hisce de causis S. Anselmus Cantuar. archiepis. cum ob senium facere Missam non posset, delatus in oratorium quotidie Missam audiebat, ait Edinorus in ejus Vita, lib. 2. S. Thomas Aquinas in summis etiam studiis quotidie Missam facebat, et alteram audiebat, et eidem saepe ministrabat. In Chronicis Hispanice celebris est capitaneus Paschalis Vivas, qui tempore praelli contra regem Cordube Maurum, dum audiret Missas in templo S. Martini, visus est in praello fortiter pugnare, et vexilliferum occidere, esseque causa victorie, cum tamen pugnae non interfuisset, angelo sub ejus fornâ pugnante. Multos à periculis, à morte, à paupertate liberatos, quod Missam quotidie audirent, collegit Pinellus noster lib. de Fruct. Miss. Equid mirum? ipsi angeli Missa assistunt et ministrant. Unde in Canone orat. sacerdos: *Tube hoc perferi per manus sancti angeli tui.* Vidit S. Chrysost., teste B. Nilo ejus discipulo, presbyteris Eucharistiam distribuentibus, angelos auxilium ac robur ferre. Scribit Cyrillus, in Vita S. Euthymii, saepe ab eo visam terribilem angelorum multitudinem una secum Deo ministrantem et sacra contractantem. Unde S. Bonav.: *Ad missas, inquit, libenter ministra, quia hoc est officium angelorum: ipsi enim Deo suo ministrant devotissime.* Et S. Ephrem: *Angeli mundi, inquit, cum tremore ministrant, facientes obtegentes non audent respicere.* S. Ambros. in c. 1 Lucæ: *Non dubites, ait, assistere angelum, quando Christus immolatur.* S. Chrysost. lib. 6 de Sacerdot. ait altare angelorum choris plenum esse, qui clamores excitant, dum Christus immolatur.

VERS. 40. — DECIMAM PARTEM (ephi, uti additur Num. 28, 5) SIMILE CONSPERSE OLEO TESO, QUOD HABEAT MENSURAM QUARTAM PARTEM HIN, ET VINUM AD LIBANDUM EJUSDEM MENSURE IN (id est, cum) AGNO UNO. Repete facies, id est, offerres et sacrificabis. Decima pars ephi est gomor, uti dixi c. 16, v. ult., quod in frumento Palestinae erat 8 librarum, in farina verò circiter 4 librarum. Secundò, simila haec esse debebat conspersa, id est, subacta oleo loco aquae, vel simul cum aqua, quâ subigi solet farina. Tertio, oleum hoc debebat esse non atritu molae expressum, quod impurius est, sed pilo benè tusum, vel certè spontè defluens, quod purius et limpidius est. Quarto, mensura hin, inquit Joseph, continet duos choas atticos: duo choas faciunt sextarios 12. Hebraei dicunt quartam partem hin esse mensuram 18 ovorum: ita ut hin contineat 72 ova, sive 12 legum; leg enim est mensura 6 ovorum, scilicet Palestinae, quae majora sunt nostris; quarta ergo pars hin erant tres librae olei circiter.

VERS. 41. — ALTERUM VERO AGNUM OFFERES AD VESPERAM. Hebr. inter duas vespere, scilicet unam solis occidentis, alteram tenebrarum et noctis post solis occasum, quo tempore immolandum quoque erat agnus paschalis, ut dixi c. 12, 6.

VERS. 42. — AD OSTIUM TABERNACULI TESTIMONII. Puta super altare holocaustorum, quod erat ante ostium Tabernaculi, et juxta illud, ad partem ejus aquilonarem. Ita Abulens.

CORAM DOMINO. In altari Domini, vel coram tabernaculo Domini, ubi videtur esse quasi domus Dei. Ita Abulens.

UBI CONSTITUAM ET LOQUAR AD TE. Hinc patet Deum non tantum respondisse ex propitiatorio, quod erat in Sancto sanctorum, sed etiam ad ostium tabernaculi, q. d.: Aequum est ut ubi ego presentem me exhibeo, et ubi loquor, ibi mihi offeratur jure sacrificium, ut ibidem quasi fructum sacrificii assignem meam presentiam et colloquium. Sic ante oraculum et Sanctum sanctorum, jussit Deus adolere jure thymiam, scilicet semel mane, et semel vespere, idque quotidie; quia in Sancto sanctorum praesens esse et residere videbatur super arcam, indeque dabat oracula. Ita Cajet.

VERS. 45. — IBIQUE Praecipiam filiis Israel, scilicet per te, internummum meum. Pro praecipiam hebr. idem est verbum quod paulò ante noster interpres veritè constituan, scilicet iad, quod significat primò convenire et constituere locum vel tempus ad conveniendum; secundò, testificari et praecipere. Hinc patet tabernaculum, quod hebr. vocatur moed (à radice iad) quod noster veritè testimonii, alludere tam ad conventum Dei cum hominibus, quam ad testificationem et legem, quae in tabernaculo, puta in publico populi conventu, legebatur et proponebatur. Dicitur ergo tabernaculum primò, edut, id est, testimonii, quia in eo erat testimonium, id est, lex, et tabula legis, ut patet Exodi 25, 21. Secundò, moed, id est, conventus, ad quod scilicet populus ad statuta festa et solemnitates, quasi ad Deum orandum et celebrandum, Dei-que legem audiendam conveniebat. Vel moed, id est, testimonii, id est, legis, uti jam dixi. Rursum testimonii, quia Dei presentia et oraculis, quasi testimonio confirmatum et stabilitum erat. In tabernaculo enim, et maximè in Sancto sanctorum, sive in oraculo, Deus ostendebat et testabatur se esse presentem, presidem et tutorem suae Ecclesiae, suique populi, ejus vota audiendo et exaudiendo, eum protegendo, eum instruendo, tum interius, tum exterius per vocem sacerdotum, et per vocem suam ex oraculo, etc. Ita Alcazar in Apocal. 15, v. 5. Ubi tamen perperam priorem expositionem testimonii, id est, legis, rejicit, solamque posteriorem hanc stabilire conatur, cum expressè Script. docet in tabernaculo et arcâ positum fuisse testimonium, id est, legem, sive tabulas legis, indeque dici arcam testimonii, Exodi 25, 21 et 22; et c. 51, 18, tabulas legis vocat tabulas testimonii. Et clarum est arcam testamenti (aequè ac testimonii) sive federis dici, non à conventu populi, sed quia continebat tabulas legis, quae erant conditio federis inter Deum et populum initi.

ET SANCTIFICABITUR ALTARE IN GLORIA MEA. Hoc est, sanctum declarabitur altare, cum gloria mea circa illud apparuerit, ac praesertim cum ignem de caelo in illud immittat octavo die consecrationis sacerdotum, ad consumenda sacrificia mea, Levit. 9, v. 24. Sic mundare, pro mundum declarare; et contaminare, sive polluere, pro contaminatum et pollutum judicare, su-

miur saepe in Levitico, ut Levit. 15, v. 6, 11, 20, 25, 27, 54, 59.

VERS. 44. — SANCTIFICABO ET TABERNACULUM. Sanctum illud declarabo et quasi sanctum à profanis tuebtor, quod miraculosè eruptione ignis vetabo in illud inferri ignem alienum, Levit. 10, 2. Tunc etiam sanctificabo Aaron cum filiis suis, puta Ithamar et Eleazar, deputando et designando eos mihi in sacerdotes, eosque conservando ab incendio, quo consumam Nadab et Abiu, fratres eorum et sacerdotes, sed

CAPUT XXX.

1. Facies quoque altare ad adolendam thymiam, de lignis Setim.
2. Habens cubitum longitudinis, et alterum latitudinis, id est, quadrangulum, et duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent.
3. Vestiesque illud auro purissimo, tam eraticulam ejus, quam parietes per circuitum, et cornua. Faciesque ei coronam aureolam per gyrum.
4. Et duos annulos aureos sub coronâ per singula latera, ut mittantur in eos vectes, et altare portetur.
5. Ipsos quoque vectes facies de lignis Setim, et inaurabis.
6. Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio quo tegitur testimonium, ibi loquar tibi.
7. Et adolebit incensum super eo Aaron, suave fragrans, manè. Quando componet lucernas, incendet illud;
8. Et quando collocabit eas ad vesporem, uret thymiam sempiternum coram Domino in generationes vestras.
9. Non offeretis super eo thymiam compositionis alterius, nec oblationem et victimam, nec libamina libamina.
10. Et deprecabitur Aaron super cornua ejus semel per annum, in sanguine quo oblatum est pro peccato, et placebit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Dominus.
11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
12. Quando tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, et non erit plaga in eis cum fuerint recensiti.
13. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen dimidium sicii juxta mensuram templi. Sicius viginti obolos habet. Media pars sicii offeretur Domino.
14. Qui habebit in numero, à viginti annis et supra, dabit pretium.
15. Divites non addet ad medium sicii, et pauper nihil minuet.
16. Susceptamque pecuniam, quae collata est à filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonii, ut sit monumentum eorum coram Domino, et propitiator animabus eorum.
17. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
18. Facies et librum aneum cum basi suâ, ad lavandum: poneque illud inter tabernaculum testimonii et altare. Et missâ aquâ,

reprobandos à me, quia offerent ignem alienum.

VERS. 45. — ET HABITABO IN MEDIO FILIORUM ISRAEL. Scilicet, habitabo in tabernaculo meo, quod est inter filios Israel, in eoque quasi in domo meâ versabor, ibique presentem me exhibebo, dirigens et protegens populum meum, quem eduxi ex Aegypto. Chald. vertit: *Ponam presentiam divinitatis meae, scilicet in tabernaculo et propitiatorio; hoc enim ipse et Hebraei vocant sechina, id est, quietem, quod in eo quasi in sede suâ Dei majestas quiesceret et resideret.*

CHAPITRE XXX.

1. Vous ferez aussi un autel de bois de Sétim, pour y brûler des parfums.
2. Il aura une contée de long, et une contée de large, afin qu'il soit carré. Il aura deux contées de haut, et des cornes sortiront de ses quatre angles.
3. Vous couvrirez d'or un très-pur la table de cet autel, tant en dedans qu'en dehors, et les quatre côtés avec ses cornes. Et vous ferez une couronne d'or qui régnera tout autour,
4. Et deux anneaux d'or de chaque côté sous la couronne, pour y faire entrer les bâtons qui serviront à le porter.
5. Vous ferez aussi les bâtons de bois de Sétim, et vous les couvrirez d'or.
6. Vous mettez cet autel dans le Saint, vis-à-vis du voile qui est suspendu devant l'arche du témoignage, devant le propitiatoire qui couvre l'arche du témoignage, où je vous parlerai.
7. Et Aaron, ou quelqu'un des prêtres à sa place, y brûlera deux fois le jour de l'encens d'excellente odeur. Il le brûlera le matin, lorsqu'il accommodera les lampes; et 8. Et lorsqu'il les allumera au soir, il brûlera encore de l'encens devant le Seigneur, ce qui s'observera continuellement parmi vous dans la succession de tous les âges.
9. Vous n'offrirez point sur cet autel des parfums d'une autre composition que de celle que je vous prescrirai; vous n'y présenterez ni oblations, ni victimes, et vous n'y ferez aucun sacrifice de liqueurs.
10. Mais Aaron priera seulement une fois l'an sur les cornes de cet autel, et il le purifiera en y mettant avec le doigt du sang de l'hostie qui aura été offerte pour le péché, et cette expiation continuera toujours parmi vous de race en race. Ce sera là un culte très-saint pour honorer le Seigneur.
11. Le Seigneur parla aussi à Moïse, et lui dit:
12. Lorsque, par mon ordre ou pour quelque juste cause, vous ferez le dénombrement des enfants d'Israël, chacun donnera quelque chose au Seigneur pour le prix de son âme, et ils ne seront point frappés de plaies, lorsque ce dénombrement aura été fait avec raison, et que chacun aura payé ce qu'il doit au Seigneur.
13. Tous ceux qui seront comptés dans ce dénombrement donneront un demi-sicle, selon la mesure du temple. Le sicle a vingt oboles. Le demi-sicle sera donc offert au Seigneur.
14. Celui qui entre dans ce dénombrement, c'est-à-dire qui a vingt ans et au-dessus, donnera ce prix.
15. Le riche ne donnera pas plus d'un demi-sicle; le pauvre n'en donnera pas moins.
16. Et ayant reçu l'argent qui aura été donné par les enfants d'Israël, vous l'emploierez pour les usages du tabernacle du témoignage, afin que cette oblation porte le Seigneur à se souvenir d'eux, et qu'elle serve à l'expiation de leurs âmes.
17. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:
18. Vous ferez aussi un bassin d'airain élevé sur une base pour s'y laver, et vous le mettez entre le tabernacle du témoignage et l'autel des holocaustes. Et après que vous y aurez mis de l'eau,

19. Lavabunt in eâ Aaron et filii ejus manus suas ac pedes.
20. Quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, et quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiana Domino.
21. Ne forte moriantur. Legitimum sempiternum erit ipsi, et semini ejus per successiones.
22. Locutusque est Dominus ad Moysen.
23. Dicens : Sume tibi aromata, prime myrrhæ et electæ quingentos siclos, et cinnamomi medium, id est, ducentos quingenta siclos, calami similiter ducentos quingenta;
24. Casia autem quingentos siclos, in pondere sanctuarii, olei de olivæ mesuram hin;
25. Faciesque unctiois oleum sanctum, unguentum compositum opere unguentarii;
26. Et unges ex eo tabernaculum testimonii, et arcum testamenti,
27. Mensamque cum vasis suis, candelabrum, et utensilia ejus, altaria thymiamatis
28. Et holocausti, et universam suppellectilem que ad cultum eorum pertinet.
29. Sanctificabisque omnia, et erunt sancta sanctorum : qui tetigerit ea, sanctificabitur.
30. Aaron et filios ejus unges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi.
31. Filii quoque Israel dices : Hoc oleum unctiois sanctum erit mihi in generationes vestras.
32. Caro hominis non ungetur ex eo, et iuxta compositionem ejus non facietis aliud, quia sanctificatum est, et sanetum erit vobis.
33. Homo quicumque tale composuerit, et dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo.
34. Dixitque Dominus ad Moysen : Sume tibi aromata, stacten et onycha, galbanum boni odoris, et thus lucidissimum; æqualis ponderis erunt omnia :
35. Faciesque thymiana compositum opere unguentarii, mixtum diligenter, et purum, et sanctificatione dignissimum.
36. Cumque in tenuissimum pulverem universa confuderis, ponas ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiana.
37. Talem compositionem non facietis in usus vestres, quia sanetum est Domino.
38. Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfruat, peribit de populo suis.

COMMENTARIUM.

VERB. 1. — FACIES QUOQUE ALTARE AD ADOLENDUM THYMIANA. Describitur hic altare thymiamatis, in quo nulla victimæ, sed solum thymiana Deo incendebatur, non tantum à pontifice, sed etiam à minoribus sacerdotibus, qui ordinariè hoc munere fungebantur,

19. Aaron et ses fils en laveront leurs mains et leurs pieds.
20. Lorsqu'ils devront entrer au tabernacle du témoignage, ou quand ils devront approcher de l'autel pour y offrir des parfums au Seigneur ;
31. De peur qu'autrement ils ne soient punis de mort, comme il arriveroit s'ils y entraient sans s'être purifiés. Cette ordonnance sera éternelle pour Aaron et pour tous ceux de sa race qui doivent lui succéder.
22. Le Seigneur parla encore à Moïse.
23. Et lui dit : Prenez des aromates, savoir, le poids de cinq cents sicles de la myrrhe la première et la plus excellente, la moitié moins de cinnamome, c'est-à-dire le poids de deux cent cinquante sicles, et de même deux cent cinquante sicles de la canne aromatique,
24. Cinq cents sicles de cannelle au poids du sanctuaire, et une mesure de hin d'huile d'olive.
25. Vous ferez de toutes ces choses une huile sainte pour servir aux onctions, un parfum composé selon l'art du parfumeur ;
26. Vous en oindrez le tabernacle du témoignage, et l'arche du Testament,
27. La table avec ses vases, le chandelier et tout ce qui sert à son usage, l'autel des parfums,
28. Et celui des holocaustes, et tout ce qui est nécessaire pour le service et le culte qui doit s'y rendre au Seigneur.
29. Vous sanctifierez toutes ces choses, et elles deviendront saintes et sacrées. Celui qui y touchera étant saint, sera sanctifié de nouveau ; mais celui qui y touchera étant souillé, sera obligé d'expiat son impureté.
30. Vous en oindrez Aaron et ses fils, et vous les sanctifierez, afin qu'ils exercent saintement les fonctions de mon sacerdoce.
31. Vous direz de ma part aux enfants d'Israël : Cette huile, qui doit servir aux onctions, me sera consacrée parmi vous, et parmi les enfants qui naîtront de vous.
32. On n'en oindra point la chair de l'homme, et vous n'en ferez point d'autre de même composition pour votre usage, parce qu'elle est sanctifiée, et que vous la considérerez comme sainte et réservée au Seigneur, au service duquel elle a été particulièrement consacrée.
33. Quiconque en composera de semblable, et en donnera à un étranger qui n'est point de la race sacerdotale, sera exterminé au milieu de son peuple.
34. Le Seigneur dit encore à Moïse : Prenez des aromates, du stacté, de l'onyx, du galbanum odoriférant, et de l'encens le plus luisant, et que le tout soit de même poids.
35. Vous ferez un parfum composé de toutes ces choses selon l'art du parfumeur, qui, étant mêlé avec soin, sera très-pur et très-digne de m'être offert.
36. Et lorsque vous les aurez battues et réduites toutes en une poudre très-fine, vous en metrez le soir et le matin sur l'autel des parfums devant le tabernacle du témoignage, qui est le lieu où je vous apparaîtrai. Ce parfum vous deviendra saint et sacré, et vous ne l'employerez qu'à mon culte.
37. Vous n'en composerez point de semblable pour votre usage, parce qu'il est consacré au Seigneur.
38. L'homme, quel qu'il soit, qui en fera de même pour avoir le plaisir d'en sentir l'odeur, périra du milieu de son peuple.

Idque quotidie bis, scilicet mane et vespere, instar jugis sacrificii.

Nota primò. Altare hoc factum erat ex lignis Setim inaureatis, eratque longum cubitum unum, latum cubitum unum, et altum cubitos duos. Nota secundò,

Altare hoc erat in Sancto, in medio candelabri et mensæ, eratque obversum propitiatorio sive oraculo, quod erat in Sancto sanctorum supra arcam, sustentatum à duobus cherubim; hinc vocatur hoc altare oraculi : erat enim ita obversum oraculo, ut per aperturam, quæ erat superâ in pariete dividente Sanctum à Sancto sanctorum, fumus aromatum incensorum in altari thymiamatis ascenderet, et evaporaret in ipsium oraculum, ut scilicet hoc sufflu honoraretur Deus residents in oraculo. Tertio, voluit Deus hos odores sibi adoleri, non quòd odoratu thymiamatis delectetur, cum nullum habeat odoratum, ut nec nares, nec corpus, sed quia magnus inter homines censetur honor, suaves cuppiam apponere vel suffumigare odores; hinc Deus, qui cum hominibus humano more agit, voluit eisdem ad sui cultum coram se adoleri. Sic omnium gentium consuetudo et ritu, thuris et odorum incensio attributa est Deo; hinc poetæ thuris honores vocant honores divinos, et tres magi hæc tria munera dederant Christo, scilicet auro regi, thura Deo, myrrhamque sepulto. Unde et nos Christiani thurificamus Deo. Inde ergo altare hoc vocatum est thymiamatis, sive, ut hebraicè est, altare suffutis incensi. Quarto, altare hoc habebat quatuor cornua, et coronam auream per gyrum : in medio habebat craticulam reticulatam, per quam faville et cineres aromatum in censorum deciderent sub altare, indeque suis temporibus eximebantur. Quinto, habebat hoc altare quatuor annulos, per quos duo inserebantur voetes, quibus ferebatur et habulabatur à sacerdotibus per desertum.

Tropol. : Altare hoc, ait Beda, significat perfectorum vitam, quia quasi in vicinijs oraculi sunt positi, quia desertis infinis delectationibus, de voto regni celestis ingressu curam omnem impendant. Unde bene in hoc altari non cornes animalium, sed sola incendebantur thymianata, quia tales non adhuc peccata carnis et illecebras cogitationum in se mactare opus habent, sed tantam ferè orationum spiritualium et celestium desideriorum odoramenta per ignem interni amoris in conspectu sui conditoris offerunt. Hinc altare hoc est de lignis Setim, quia tales decet esse pulchros virtutibus, et ad vitam impubiles; est etiam quadratum, quia tales sunt firmi et immobiles, ut dicant : Quis nos separabit à charitate Christi? Secundo, est desuratum, quia tales debent fulgere insigni charitate. Novem, teste Plinio lib. 55, c. 5, sunt excellentie et dotes auri, scilicet, mira generatio, splendor, pondus, facilitas materia (est enim aurum ductile in tenuissimas quasi superficies, lineas et puncta), constantia, manditia, medicina, miracula, prelatum : quæ fusè persequitur, et charitati sigillatim adaptat Aleazarus in Apocal. 1, vers. 13, notat. 12. Tertio, hi habent cubitum longitudinis et latitudinis, quia æquam servant longanimitatem in quibusvis adversis undecumque inmissis; quia in omnibus unum cogitant, id est, Deum, à quo sibi hæc inimiti scilant, et pro ejus honore et voluntate omnia libenter perpetuantur; habent et duos cubitos in altitudine, quia tam corpore quam mente in celestia feruntur, dicuntque cum Psalte, psal. 85 : *Cor meum et caro mea extul-*

taverunt in Deum vivum. Quarto, hi quatuor habent cornua, id est, quatuor virtutes cardinales ex altari, id est, ex ipso cordis sinu et habitu, manantes. Quinto, craticula est cor eorum, in quo aromata illa Deo incenduntur, in quibus si quid sit cineris terreni dedit, ut puta sit oratio et laus Dei, paraque sint cordis desideria. Sexto, corona aurea significat coronam illis preparatam in caelis. Septimo, quatuor annuli cum voctibus dona sunt Spiritus sancti, quibus ab eo justè facile moventur, et ad præclara facinora excitantur. Octavo, eodem tempore offerebatur thymiana quo et jugs sacrificium, quia hæc duo, scilicet mortificatione, quam representat jugs sacrificium sive immolatio agni, et contemplationis ardor, quem representat thymiana, jungenda sunt : unum enim sine altero esse nequit; unde Cant. 5 ait sponsus : *Messui myrrham cum aromatis meis*, ubi per myrrham mortificatio, per aromata divinus amor et contemplatio intelligitur. Quo loco

Nota Christum se in passione comparare messi, tum ut significet animi beatitudinem quæ patiebatur, tum ut indicet copiosum passionis suæ fructum, quem jam tunc patiendo quasi metere et colligere videbatur : itaque ipsa Christi passio velut quedam fuit messis, fructuumque collectio. Utinam cor nostrum sit altare thymiamatis, quòd jugs thymiana, puta pia et crebra vota, desideria ac suspiria ad Deum, exhalet! Ita S. Joannes vidit angelum accipere ignem de altari thymiamatis, et Deo offerre phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum, Apoc. 8, v. 3 et 5. Hinc Urbanus IV, pontifex, explicans illud psal. 39 : *Tunc imponent super altare tuum vitulos* : *Hæc est ara*, inquit, *templi sancti tui, quod sum ego, juxta quem stat angelus ad custodiam deputatus, habens thuribulum aureum in manu suâ, ut cum incenso multo orationes eorum te, Domine, fusas cum lacrymis representet. Hoc est altare concavum et inane, à cunctis scilicet terrenis affectibus vacuatum, quòd tibi fieri mandavisti, ad reponendam cineres memorie nostræ mortis. — Multi, ait S. August. in psalm. 65, languescunt in orando, et in novitate conversionis suæ ferventer orant, postea languide, postea frigidè, postea negligenter, quasi securi sint; vigilat hostis, dormis tu? Idem ad Probam : *Dicuntur, ait, fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, sed eas brevesissimas, et raptem jaculatas : ne illa vigilanter erecta, quæ orant plurimum necessaria est, per productiores moras evanescat atque hebetetur intentio. Idem rursum : Oratio, ait, est animæ sanctæ presidium, angelo bono solatium, diabolo supplicium, gratum Deo obsequium, et penitentiae ac religionis laus tota, perfecta gloria, spes certa, sanitas incorrupta. Idem ad Dioscor. : Hoc, ait, negotium plus genitibus quam sermonibus agitatur, plus metu quam affectu. Nam, ut ait S. Chrysostomus : *Deus non est vocis, sed cordis auditor. Et S. Hieron. in epist. : Egredientes, ait, de hospio armati oratio, regressibitibus de plateâ occurrit : sessione prius corpuseculum ne requiescat quam illa animam passat. Et S. Isidorus lib. 3 de summo Bono c. 8 : Qui, ait, vult cum Deo semper esse, frequenter debet orare et legere.***

Nam cum oramus, ipsi cum Deo loquimur; cum verò legimus, Deus nobiscum loquitur. Et mox: Hoc est remedium ejus qui vitiorum tentamentis astat, ut, quoties quotibet vitio tangitur, toties orationem subdat, cuius frequens oratio impugnationem vitiorum extinguit. Et rursum: Duobus, ait, modis oratio impeditur ne imperare valeat postulata, si aut orans adhuc mala committit, aut si delinquent in se debita non dimittit. Querit S. Basilius lib. 1 Hexam: Quomodo obtinebit quis, ut in oratione sensus ejus non vegetur? ac respondet: Si cogitet se assistere ante oculos Domini. Oratio, inquit Cassiodorus, seruat cor, abstrahit à terrenis, mundat à vitiis, subleat ad caelestia, reddit cor copacius et dignius ad accipienda bona spiritualia. Abbas Joannes dicebat: Sicut vir videns feram fugit scanditque in arborem, ita cum veniunt pravae cogitationes, fuge per orationem ad Dominum, et salvaberis. Nam sicut aqua extinguit ignem, ita oratio extinguit tentationem. In Vitis Patr. lib. 5, c. ult., n. 208. Alius aiebat: Orandum est purgata à peccatis et passionibus anima, quia sicut in aqua turbida nihil conspicitur, ita anima turbata videre nequit Deum.

Vis exempla orantium et impetantium? Note sunt orationes Mosis, Elie, Davidis et aliorum in Script. Rufinus in Vitis Patr. lib. 8, num. 194, narrat de religioso psallente quòd, cum psalleret, ex ejus ore per singulos versus fax ignis egressa ascendebat ad coelum. S. Antonius et Arsenius scæpe totas noctes orabant, et mane inveniebantur stantes in eodem vestigio quo vesperare stare cæperant, intendentes in coelum: per orationem omnes diaboli tentationes et insidias superant. Abbas Bersarion oravit per 14 dies continuos, manibus in coelum extensis. Unde aquam maris dulcem reddidit, ut habet Rufinus lib. 5 in Vitis Patr., n. 215; et lib. 5, 12, n. 3. Jacobus Nisibites oratione Nisibim urbem contra Saporem defendit, omnesque ejus molitiones irritas reddidit, teste Theod. in ejus Vita. Publius oratione sicut diabolum emissum à Juliano Apostatà, ut habetur in Vitis Patr., lib. 6, c. 2, num. 12. Simeon Stylites oratione aquam impetravit, plurimaque miracula patravit, teste Theodor. Theonas abb. oratione latrones reddidit immobiles; Zachæus pestem Cæsareæ avertit; S. Hilarion demones ejecit. Oratione et jejunio septem dierum, Macarius Ægyptius ejecit demonem gulosum, ut habet ejus Vita.

Est ergo oratio cum Deo colloquium, futuræ beatitudinis præulium, angelorum opus, omnium difficultatum victoria, infirmo in viâ Dei medicina, mentis correctio, animæ fecunditas, spiritus ignitio, gaudium et jubilus.

VERS. 2.—**QUADRANGULUM**, id est, quadratum erit; habebat enim cubitum tam in longitudine quam in latitudine. Noster ergo quadratum vocat *quadrangulum*, quia 4 habebat cornua et angulos.

CORNUA EX IPSO PROCEDENT. Hæc ergo cornua non erant additicia, sed ex tigillis quatuor angularibus, officio pedum fungentibus, surgebant in obelisci modum *alabrè* elaborata; erant ergo quasi quatuor quidam

radii elegantes, sursùm erecti super quatuor angulos altaris, ita ut è tigillis quatuor, quæ altare sustinebant, prodirent et erigerentur. Ita Cajet., Lipoman., Ribera et Vilalpando, apud quem vide eorum figuram et ideam p. 556, in fabrica templi. Lyranus tamen et Hebræi putant hæc cornua fuisse quædam pomella, in quatuor illis angulis collocata, ad pulchritudinem et decorem altaris; sed hæc pomella non sunt cornua.

Notat Abulensis quest. 2 in hisce cornibus nihil fuisse appensum; sed omnia vasa pertinentia ad altare thymiatis fuisse apud altare holocaustorum deposita, illique appensa.

VERS. 3.—**CRATICULAM EJUS**. Ita et Septuag. vertunt Hebr. *gaggo*, id est, tectum vel operimentum ejus. Craticula hæc erat reticulata, ut per ejus foramina, thymiatis sive aromatum incensorem cinis decidens in humum, sub altare delaberetur. Craticula ergo hæc, cui ignis imponebatur cum thymiante, aurea erat; reliqua pars mensæ altaris, etsi lignea esset, erat tamen crassioribus auri laminis ita obducta, ut nullas igni ad tabulas lignæ pateret accessus, licet S. Hier. in c. 41 Ezech. dicat tabulas has fuisse ex ligno allato ex paradiso, quod igne non leditur, sed eo fit purius instar amianti. Sed quis ex paradiso hoc lignum attulit, Adamne, an postea quis alius, veniã impetrat à Cherubinis paradisi custodibus?

Nota. Thymiama cum igne non immediatè ponebatur super hanc craticulam (sic enim aurum igne fuisset liquefactum, et cinere obscuratum), sed in thuribulo aëneo, quod ipsi craticulæ imponebatur, uti patet Levit. 10, v. 1.

FACIESQUE ET CORONAM, limbum, vel circulum similem illi quem habuit mensa panum propositionis, de quo dixi c. 25, 28. Corona hæc quadrata erat, uti et ipsum altare: dicitur tamen corona, quia totum altare per gyrum ambiabat.

VERS. 6.—**PONESQUE ALTARE CONTRA VELLUM** (quod dirimit Sanctum à Sancto sanctorum) quod ANTE ARCAM Pendet TESTIMONIUM (puta ante arcam testamenti) CORAM PROPITIATORIO quo tegitur TESTIMONIUM. Id est, quo tegitur arca testimonii sive testamenti; est metonymia. Hinc patet altare thymiatis non fuisse in Sancto sanctorum, uti putavit S. August., sed in Sancto, uti pluribus ostendam, c. 40, v. 4 et 5.

VERS. 8.—**URET THYMAMA SEMITERREM**. Non quòd toto die accendatur vel ardeat thymiama, sed quòd singulis diebus mane semel, et semel vesperè adolendum sit jugiter. Porrò hic erat oblationis thymiatis modus et ritus, uti rectè docet Abulens. quest. 7. Primò ibat sacerdos ad altare holocaustorum, ex cujus cornibus pendeabant thuribula igniumque receptacula, indeque capiebat unum thuribulum, atque in eo primas ignis, quas ex altari holocaustorum accipiebat, reponebat. Deinde intrabat Sanctum, ibique accipiebat thymiama ex thuribus, quæ erant supra mensam panum propositionis, illudque imponebat suo thuribulo et igni: mox hoc summ thuribulum cum igne et thymiante ponebat super altare thymiatis, atque ibidem adolebatur et comburebatur thymiama;

quo consumpto tollebat sacerdos summ thuribulum, atque egrediens extra castra illud evacuabat, cineresque loco mundo effundebat, ac denique referebat thuribulum ad altare holocaustorum, suspendebatque rursum ex cornibus illius, unde illud sustulerat.

VERS. 9.—**NON OFFERETIS SUPER EO THYMAMA COMPOSITIONIS ALTERIUS**. Alterius, scilicet quam prescribam vobis v. 34. In altari ergo thymiatis non licebat offerre victimam, nec libare libamen, nec etiam offerre thymiama aliud licet pretiosissimum, hominis industriâ compositum, sed tantum illud quod componi jubet Dominus, v. 34.

VERS. 10.—**ET DEPRECABITUR AARON SUPER CORNUA EJUS SEMEL PER ANNUM**. Transit hic Moses, inquit Cajet., ab officio quotidiano altaris hujus, ad officium anniversarium super idem altare peragendum, quod non ad minores sacerdotes, sed ad solum Aaronem, id est, pontificem, spectabat; peragendum, inquam, in die expiationis, qui celebrabatur decimâ die mensis septimi. Illo enim die pontifex post expiationem Sancti sanctorum, inde regrediens ad Sanctum et altare thymiatis, ibi precabatur pro peccatis suis, atque tingebat cornua altaris sanguine, quem ferebat secum in vasculo, quo etiam jam asperserat Sancta sanctorum, Levit. 16, 18, et hoc est quod hic ait: *Deprecabitur in sanguine*, (id est, per sanguinem, vel tingendo cornua altaris sanguine ejus, scilicet animalis, puta vituli et hirci) *quod (animal) oblatum est pro peccato*. Fiebat enim hæc altaris lustratio per sanguinis aspersionem ad hoc ut per cam expiaretur altare, tanquam peccatis totius populi in cujus medio erat, per totum annum commissis contaminatum, ideòque lustrandum et reconciliandum hæc lustratio et expiatio.

ET PLACABIT, puta Aaron, pontifex Deum.

SANCTUM SANCTORUM ERIT DOMINO, q. d.: Sanctissimus erit hic ritus expiationis; sanctissimum etiam erit altare, quod sic expiatur. Tam enim ad altare quàm ad ritum expiationis referri potest *Sanctum sanctorum*. Ita Abulensis.

Nota. Hebræi exaggerationem, vel gradum superlativum exprimunt per nomen abstractum, vel per concretum geminatum, ut, Sanctitas est, vel Sanctum sanctorum est, id est, sanctissimum est.

VERS. 12.—**QUANDO TULERIS SUMMAM** (hebr. *caput*, id est, capita, id est, summam capitum) FILIORUM ISRAEL Juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis DOMINO: ET NON ERIT PLAGA IN EIS, CUM FUERINT RECESSITI, q. d.: Quoties numerum in his populis, non ex vanitate vel superbiâ (uti fecit David, cujus proinde numeratio sive census populi fuit peccatum, graviterque à Deo punitum), sed vel me jubente, vel publica necessitate, ut tributi, belli, aliæve justæ causæ; toties singuli numerati pendunt pretium pro animabus suis, quo selicet animam, id est, vitam, suam à Deo quasi redimant, ut videlicet Deus eos in vitâ conservet, nec eis pestem plagamve aliam immittat, ex hac quasi lege et condicito; nam si non redemeris te, 6 Hebræis, pretio, cum recensitus fueris,

Dominus te quasi prævaricatorem hujus legis et pacti plagâ aliquâ puniet, uti fecit, tempore Davidis, cum selicet ille recessit populum, nec tamen censum ab eo hic præscriptum accepit. Quanquàm ibi et alia, videlicet superbiæ, fuerit culpa, ut jam dixi. Hoc ergo censum pretio, ex lege hæc et quasi pacto cum Deo, redimebant Hebræi suam vitam, ut pestem aliasque lethiferas plagas evaderent, in quas incurrebant si qui pretium hoc census Deo et templo subtraherant. Sic et hodiè qui decimas suffragant templo et Deo, in graves non rarò incidunt plagas et calamitates, quibus depauperantur vel consumuntur.

Voluit Deus in censu pretium hoc sibi à quolibet Hebræo solvi, primò, ad hoc ut seirent et meminissent Hebræi illam populi sui multiplicationem esse à Deo, et ex promissione patribus factâ; Deumque curam populi sui gerere, eumque quasi sibi in numerato velle habere. Hoc enim significavit tributo quòd templo pendebatur. Secundò, ut doceret neminem sui capitis, suæque vitæ esse dominum, sed omnes unum habere dominum, scilicet Deum, inquit S. Cyrillus, lib. 2 in Joannem c. 92. Tertio, ut per hoc temporale significaretur spirituale tributum legis novæ, quod est adorare Deum in spiritu et veritate, quod quilibet à Deo numeratus, id est, christianus, ibi pendere debet. Ita S. Cyrillus. Vespasianus imperator idem pretium Judaïs devictis indixit: *Stipendium*, inquit Josephus, lib. 7 Belli c. 27, *Judaïs ubiqueque degerent, indicit, binasque drachmas singulis annis deferre in Capitolium iussit, ita ut antehac Hierosolymæ templo pendebant.*

ANAGOGÈ, Beda lib. 5 de Tabern. c. 15: *Summa, ait, florum Israel significat summam omnium electorum, qui pretio decem obolorum, id est, observatione decalogi, redimunt animas suas, et merentur denarium vitæ æternæ, vespere, id est, in fine vitæ accipiendum.*

VERS. 15.—**HOC AUTEM DABIT OMNIS QUI TRANSIT AD NOMEN, DIMIDIUM SICLI Juxta mensuram TEMPI**. Omnis qui transit ad nomen, hebr. *omnis qui transit ad numeratos*, id est, omnis qui numeratur, sive cujus nomen recensetur, puta à vigesimo anno et supra, ut patet v. 14; ab eâ enim ætate consuebantur et numerabantur Judæi, quasi apti ad bellum. Unde nos ter interpret, c. 58, 25, ubi primum populi censum enumerat, pretium hoc census oblatum dicit à sexcentis millibus armatorum, licet *è armatorum* in Hebræo non habeatur: rectè enim intellexit interpret eos tantum censeri, qui armis ferendis essent idonei, ac consequenter essent armati in exercitu hoc et acie Hebræorum.

DIMIDIUM SICLI. Siclus moneta fuit olim usitatissima Hebræis, quæ et stater dicebatur; siclus hebr. dicitur *sckel*, id est, appensus, ponderatum. Radix enim *sckel* appendere et ponderare significat. Prisci enim Judæi, uti et Romani, rudem massam æris, argenti vel auri ad certum pondus, vice pretii et pecunie adhibebant: postea etiam consueverunt conflareque pecuniam signatam, sed quam justo semper appenderebatur pondere. Ita testatur Plinius, lib. 53, c. 5, Romanos primùm argento signato uti cepisse post Pyrrhum

devictum, quod fuit anno Urbis 585, ideoque ante primum bellum punicum: aureum deinde nummum post annos 62 censum fuisse. *As* verò prius signatum est, scilicet apud Græcos à Saturno, apud Latinos à Numâ Pompilio, secundo rege romano, qui illud imaginibus notavi, et titulo nominis sui inscripsit, iudeque à Numâ numus, sive nummus nomen accepit, ait Isidorus lib. 16, c. 17, Cedrenus, et Epiphanius, lib. de Ponder. in fine. Pondus sicut erat 4 drachmarum atticarum, sive semuncia, teste Josepho lib. 5 Antiq. 9; argenteus ergo sicut appendebat et æquivalabat 4 regalibus hispanicis, puta valebat unum florenum Brabanticum. Erant et æreus et aureus sicut, parvis omnes ponderis, sed pro materia inequalis pretii. Nam drachma una auri valet 40 vel 12 drachmas argenti: pretium enim auri est decuplum vel duodecuplum ad pretium argenti. Sicut ergo aureus valebat decem siculos argenti. Sicut consignationem describit Arius Moutanus libro de Mensuris: scilicet sicutum in uno latere habuisse unam cum manna, cum hæc inscriptione (per litteras prisca samaritanas) *seket Israel*, id est, sicut Israel; in altero verò latere habuisse virgam Aaronis floridam, cum hæc inscriptione: *Jerusalem kedecsa*, id est, Jerusalem sancta.

Vide hic quàm exiguum tributum, scilicet medium sicutum, eumque rarò pendendum, sibi deponat Deus. Id imitator principes. Constantius imp., teste Eutropio, dicere solebat *opes publicas melius à privatistis pluribus haberi, quàm intra unum principis claustrum reservari*. Trajanus imperator fiscum vocat hunc, quod, eo crescente, reliqui artes omnes tabescerent. Fabricius romanus, Cinea Epirotorum legato magnam vim auri offerente, recusavit accipere, dicens: *Se nulle aurum habentibus imperare, quàm aurum habere*.

Iuxta mensuram templi. Multi putarunt sicutum sanctuarii differre pondere et pretio à siculo communi. Alii enim censuerunt eum fuisse minorem communi. Ita R. Salomon et Lyranus. communi siculo dant 24 obolos, sacro verò 20. Alii verò opinati sunt sicutum sacrum esse majorem communi. Ita Pagninus siculo sanctuarii dat 40 obolos, communi verò 20. Vatabl. verò, et ex eo Lipomanus, et Covarruv. lib. de Monetis cap. 2, n. 9, communi siculo dant 10 obolos, sacro verò 20.

Verum hæc distinctio sicuti sacri et communis veteribus, puta Josepho, S. Hier. et aliis fuit incognita; imò apud eos fuisse hos siculos, patet Ezech. 45, 12; ibi enim dicitur sicutus communis habere 20 obolos, quot dicitur hic habere sacer. Izechiel enim loqui de communi laicorum, divitum et pauperum siculo, patet ex antecedentibus. Ita Ribera in Amos 8, n. 15 et sequent. Vialpando p. 2 de Apparatu templi lib. 2, c. 28.

Dices: Septuag. passim hic, Levit. 25, Num. 5 et alibi sicutum interpretantur didrachmum; ergo hic sicutus sacer minor erat siculo communi: hic enim, teste Josepho, appendebat quatuor drachmas. Unde Epiphanius, sicutum sacrum vocat dimidium stateris, id est, sicuti communis. *Sicutus*, inquit Epiphanius, qui et *quadrans* dicitur, *quarta pars est uncie, dimidium stateris*

habens drachmas duas: et paulò ante: Libra est duodecim unciarum, uncia habet stateres duos: stater dimidium est uncia, habet autem duo didrachma. — Respondet: Septuag. didrachma accipitur more hebreo, non attico; didrachmum autem hebreum fuit tetradrachmum atticum: una enim drachma hebraea faciebat duas atticæ. Septuaginta ergo didrachmum vocant duos argenteos hebræos quorum quisque duas pendebat drachmas atticæ, teste Budoæ lib. 5 de Assæ: licet argenteus etiam alius fuerit major, ejusdem cum siculo et statera valoris et pretii, scilicet valens didrachmum, ut patet ex versione Septuag. collata cum nostrâ Gen. 20, 16; ibi enim noster vertit: *Mille argenteos*; Septuag. verò: *Mille didrachma*. E contrario Matthæi 17, 24, tributum externum quod publicani petebant à Christo didrachma atticum erat, videbatur media pars sicuti: solvit enim ibi Christus unum sicutum sive staterem, scilicet dimidium pro se, et dimidium pro Petro.

Dices: Si idem erat sicutus sacer et communis, cur ergo hic et alibi Script. sicutum limitat, vocatque sicutum sanctuarii? — Respondet id ideo fieri quod in sanctuario, quasi in loco sacro et tuto, servaretur sicutus justissimi ponderis, ad quem appendi possent et examinari reliqui omnes, ne fraudi, puta decurtationis et diminutioni, locus pateret: sicut apud Romanos publica extabat pedis mensura, vel prima et certissima reliquorum; et amphoræ mensura publica extabat in Capitolio, de qua Priscianus:

*Amphora sit, cuius vim ne violare liceret,
Sacrare Jovi Tarpeio in monte Quirites.*

Vocat ergo Script. hic sicutum *juxta mensuram templi*, sicutum justissimi ponderis; id patet Levit. ult., vers. 25, ubi dicitur: *Omnis estimatio siculo sanctuarii ponderabitur* (non, computabitur, quomodo tamen dendum fuisset, si sicutus hic sacer plus valisset), ubi Septuag. vertunt: *Et omne pretium erit mensuris sanctis*, q. d.: Omnis sicutus, et omne pondus ac pretium ponderabitur siculo, et mensurâ justissimâ, quæ servatur ad hoc in sanctuario. Ad Epiphanius. respondeo eum memoriâ esse lapsum, vel in codicem ejus irrepsisse mendam; qui didrachmum vocant staterem vel sicutum.

SICULUS VICINTI OBOLIS HABET, judaicos scilicet: nam atticus habebat 24; tot enim obolos efficitur 4 drachmæ atticæ, quas valet sicutus. Ergo obolus vigesima pars sicuti, id est, foreni brabantici, qui valet 20 stuleros; obolus ergo erat stuleros, et sicutus valens 20 obolos, valebat 20 stuleros.

Tropol. Radolphus, lib. 5 in Levit. c. 8: Dimidium sicuti, ait, sive denarius obolorum, significat integritatem fidei. Hæc debet habere mensuram templi, quia non hæreticorum, sed sanctorum Patrum doctrinæ conformis sit oportet. Est dimidium, quia fiet totum habet quod humanae salutis necessarium est, tamen ad plenitudinem visionis Dei non pergit; in hac nec pauperi, nec diviti quidquam detrahare licet.

Dives non addet ad medium siculi. Ut scilicet ex sicutis constet populi numerus. Secundo, ut diviti non

ex intuitu novissimorum, et ex præceptis Dei, in quibus se aspiciunt fideles animæ, et maculas suas deprehendunt ac corrigunt. Audi S. Gregor.: *Labrum æneum Moyses ponit, in quo sacerdotibus lavari debeant, et Sancta sanctorum ingredi: quin lex Dei prius nos lavari per conspuentionem præcipit ut nostra immunditia ad penetrandam sanctorum Dei munditiam non sit indigna. Subdit deinde, cur labrum hoc factum sit de speculis mulierum: Specula quippe mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, et si quæ in eis sunt sæditatis macula, deprehendunt. Cogitationum vitia corrigunt, et quasi renitentes vultus, velut ex reddita imagine componunt, quia diu præceptis Dominicis solertes intendant, in eis, procul dubio, vel quid in se calesti viro placeat, vel quid displicat agnoscent. Addit ergo mulieres hæc exebant ad ostium tabernaculi: Quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate adhuc carnis gravantur, anore tamen continuo ingressum æterni inærolitis observant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex Dei lavacrum conspuentionis peccatorum nostrorum maculas exhibet, diu ea per quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt, intuenda nobis celestium præcepta præbet. Quibus si diligenter intendimus, interne nostre imaginis maculas videmus; videntes autem maculas, in positivæ dolore compungimur; compuncti verò, quasi in libro de speculis mulierum laquamur. Est autem verò necessaria imo, cum de nobis conspuentione afficiunt, etiam commissorum nobis vitam zelamus. Lysimachus rex eum exercitum ob simum hosti tradidisset, postquam captivum aquam accepit, et bibit: Proh, inquit, Deum favum! quàm exiguam voluptatis gratiam, quantum bonum, quantum regnum perdidit, neque ex regno servum effeci! Hoc dicit penitens: Bone Deus, pro gula, pro venere unius quadrantis hore, quantum bonum, quantas cœli delicias perdidit, neque diaboli, mortis et inferni mancipium effeci, idque in perpetuum!*

VERS. 16. — SUSCEPTAMQUE PECUNIAM TRADES IN USUS TABERNACULI. Magni erant sumptus tabernaculi, et majores fuerunt templi, in fabricâ tam ampli, in altendis et vestendis tot millibus sacerdotum et Levitarum, in vicinis, in comportandis lignis, aquâ, etc. Unde tradunt Hebræi singulis annis in festo expiationis factam esse hæc medi sicuti à singulis collectionem: Ita Lipoman.

UT SIT MOMENTUM (MEMORIALE) CORAM DOMINO, q. d.: Dabitis hoc census pretium, puta dimidium siculi, templo et Deo, ut per hoc Deus vestri recordetur si que vobis propitijs.

VERS. 18. — FACIES ET LABRUM ÆNEUM CUM BASI SUA AD LAVANDUM. Pro labrum, hebr. est *litior*, id est, concha: Septuag. *basilip*, quasi dicant lavatorium, *basilip* *est litior*, id est, à lavando. Erat enim hoc vas factum ad aquam continentiam, quæ lavarentur primò sacerdotes, antequàm ad sacra accederent; secundo, partes victimarum quæ immolabatur. Ita Abulens. et Lipoman. Hinc labrum hoc positum erat inter tabernaculum sive Sanctum, et altare holocaustorum, ut sequitur: tam enim in Sancto quàm in altari holocaustorum sacra sua minima obire debebant sacerdotes, quod facere non poterant nisi prius lavarentur. Hinc simile vas ad emundandam fabricavit Salomon, sed majus multo, quod à capacitatis ingenti, *maræ æneam* est appellatum; erat enim quasi semisphæra ingens, cuius peripheria sive ambitus superior et later erant triginta cubitorum, ita ut totum hoc vas contineret tria millia metretarum: metreta autem continet 72 extarios sive congios 12. Porro conclam hæc, seu labrum, fabricavit Moses de speculis æneis mulierum, quæ exebant ad ostium tabernaculi, Exodi 58, 8.

Mysticè, alii per hoc labrum et lavacrum intelligunt baptismum; sed quia hoc lavacrum erat in atrio, quod Ecclesiam significabat, non verò ante atrium vel in ejus ingressu, cui assimilatur baptismus, hinc melius cum S. Greg. homil. 17 in Evang. et Bedâ lib. 5 de Tabern. c. ultim. per labrum hoc accipiunt penitentiam, vel penitentiæ sacramentum. Primo enim labrum hoc in ex speculis mulierum, id est,

ex intuitu novissimorum, et ex præceptis Dei, in quibus se aspiciunt fideles animæ, et maculas suas deprehendunt ac corrigunt. Audi S. Gregor.: *Labrum æneum Moyses ponit, in quo sacerdotibus lavari debeant, et Sancta sanctorum ingredi: quin lex Dei prius nos lavari per conspuentionem præcipit ut nostra immunditia ad penetrandam sanctorum Dei munditiam non sit indigina. Subdit deinde, cur labrum hoc factum sit de speculis mulierum: Specula quippe mulierum sunt præcepta Dei, in quibus se sanctæ animæ semper aspiciunt, et si quæ in eis sunt sæditatis macula, deprehendunt. Cogitationum vitia corrigunt, et quasi renitentes vultus, velut ex reddita imagine componunt, quia diu præceptis Dominicis solertes intendant, in eis, procul dubio, vel quid in se calesti viro placeat, vel quid displicat agnoscent. Addit ergo mulieres hæc exebant ad ostium tabernaculi: Quia sanctæ animæ etiam cum infirmitate adhuc carnis gravantur, anore tamen continuo ingressum æterni inærolitis observant. Moyses ergo labrum sacerdotibus de speculis mulierum fecit, quia lex Dei lavacrum conspuentionis peccatorum nostrorum maculas exhibet, diu ea per quæ sanctæ animæ superno sponso placuerunt, intuenda nobis celestium præcepta præbet. Quibus si diligenter intendimus, interne nostre imaginis maculas videmus; videntes autem maculas, in positivæ dolore compungimur; compuncti verò, quasi in libro de speculis mulierum laquamur. Est autem verò necessaria imo, cum de nobis conspuentione afficiunt, etiam commissorum nobis vitam zelamus. Lysimachus rex eum exercitum ob simum hosti tradidisset, postquam captivum aquam accepit, et bibit: Proh, inquit, Deum favum! quàm exiguam voluptatis gratiam, quantum bonum, quantum regnum perdidit, neque ex regno servum effeci! Hoc dicit penitens: Bone Deus, pro gula, pro venere unius quadrantis hore, quantum bonum, quantas cœli delicias perdidit, neque diaboli, mortis et inferni mancipium effeci, idque in perpetuum!*

Secundo, in hoc labro lavari debent sacerdotes nostri oblaturi sacram hostiam, et alii fideles, qui etiam quandoatenus sacerdotes sunt, offeruntque vitulos labrum et manum, laudes videlicet et sancta opera, participisque sunt sacra hostia. Tertio, ponitur hoc labrum inter altare holocaustorum, et inter tabernaculum sive Sanctum in quo erat altare thymiamatis, quia, ut ad altare interius, puta thymiamatis, introitur, non sufficit meritum exterior, sed etiam requiritur interior penitentia, quæ affectus ipsos expurgemus. Vide Ribera lib. 2 de Templo cap. 17 minutim singula adaptantem.

VERS. 19. — ET MISSA AQUA LAVANDI IN EA. Ita legendum, non in eo. Nec enim in labro lavabant se sacerdotes (sic enim illud foddasset), sed in aquâ ex labro per fistulam, quæ epistomio apertis et claudi poterat, delibentibus. Quod ergo hebr. est *lavabant ex eo*, intelligit ex aqua quæ ex labro per fistulam delibuit. Ita Cajetan. Sic dicitur habere vinum ex vase, id est, ex ponto, quod ex vase deprontum est.

MAXIS SÆS AC PRÆS. Hinc prohibebant censeri Cajetan., Lipoman. et Ribera sacerdotes nudis pedi-

bus in tabernaculo ministrasse (quod bis faciebant in die, scilicet mane et vespere, uti superius dixi). Ad hoc enim videntur lavasse pedes, ne iis sordidis tabernaculum foedarent. Si enim postea rursus pedibus induissent calcios et caligas, quid opus erat eos lavare? lotio enim hæc tantum fiebat ad munditiam et decorem tam pedum quam tabernaculi. Hujus rei symbolo jussus fuit Moses in Siná, quasi in loco sancto, collocturus cum Deo, deponere calcamenta, Exod. 3, v. 5. Nimiram voluit Dominus hæc cæremonia nudipedum, sacerdotes docere, decorem et reverentiam in cultu divino, etiam exterius servandam esse. Secundò, per hoc voluit eosdem admonere internæ puritatis, ut meminissent sacerdotes sibi deinceps non lumi, sed per athera incedendum esse, ait Philo, libro de Victimis. Id imitati sunt gentiles in suis profanis sacris. Unde illud Hesiodi: *Illotis manibus sacra tractare est nefas*. Hinc et sacerdotes novæ legis in Missá lavant manus, quin et omnes Christiani olim ingressuri Ecclesiam, et communicaturi, lavabant manus, tum ut puritatis internæ admonerentur, tum quia manibus excepturi erant sacram Eucharistiam; eaq̃ue de causa pro foribus Ecclesiæ positum erat vas aquæ, ad purificationem: cujus loco postea remansit vasculum aquæ benedictum, positum in ingressu Ecclesiæ, ut ostendi à Timoth. 2. Quin et Pythagoras fuit dogma: *Nudis pedibus sacrificia*: quod tum alii, tum Lacedæmonii susceperunt.

Scribit et Josephus Berenicem, regis Agrippæ sororem, cum Hierosolymam profecta esset voti causa, rem sacram facturam idem fecisse, atque ita nudipedem ante Flori præsidis tribunal stetit. Hinc illa quoque D. Leonis in quadam de jejuniõ sermone exclamatio de Hebræorum jejuniõ loquens: *Habeant illi nudipedalia sua, et in tristitia vultuum ostendant otiosa jejuniã*. Nunc quoque Mauri et Saraceni templis, in quibus sacra facturi sunt, non ingrediuntur nisi calcios depositis. Ergo Pythagoram monuisse puto, ut inter sacrificandum mundi, et mundanis relictis curis, et à scelerum inquinamentis expiati, rei divinæ operam darent. Nam et lavare pedes mysticè expurgare mentem dicimus. Quæ de re et nostri theologi mandatum Domini de pedum lotione exponunt, et simul illud, exutiendos pulveres de pedibus. Enthyimus quoque *pedes* pro cogitationibus in psal. 72 exponit: *Per pedes*, inquit, cogitationes intelligit, veluti quos animæ nostræ religionem, pedum instar, regunt ac sustinent. Nostri tamen sacerdotes celebrant calcæati, non nudipedes, tum ob castitatem et verecundiam, tum quia sunt milites et duces (quos decet esse calcæatos, imò crectos) Christi, parati semper ad bellum contra demones, et ad evangelizandum ubique: hinc debent esse calcæati pedes in præparationem Evangelii paci, ut ait Apostolus Ephes. 6, 15. Vide ibi dicta.

VERS. 21. — NE FORTE MORIANTUR. Ne pudiam eos morte (si hanc lotionis cæremoniam à me præceptam negligant) tanquam inobedientes et irreligiosos, Idem puta, si alias quasvis omitterent cæremonias à Deo præceptas, maxime si id fieret ex contemptu.

LEGITIMUM. Id est, lex hæc vobis erit æterna, ut iugiter eam observetis.

VERS. 25. — SUME TIBI AROMATA, PRIMÆ MYRRHÆ ET ELECTÆ. Ita et Chald. et Septuag; sed recentiores Hebræi suos codices aliter distinguunt, leguntque hoc modo: *Sume tibi aromata capitis*, id est, prima et præstantissima, puta *myrrhæ electæ*. S. Hier. verò, Chald. et Septuag. sic interpungunt et vertunt: *Sume tibi aromata, caput myrrhæ liberæ*, id est, liberè fluentis vel distillantis. Porrò *caput myrrhæ liberæ* est stacte, que est flos myrrhæ (uti vertunt Septuag. et S. Hieron. ad Principiam), id est, lacryma myrrhæ, que liquor spontè à myrrhâ defluens et distillans, puta myrrhæ est purissima, electissima et præstantissima. Unde hebr. vocatur *caput myrrhæ*, id est, id quod in myrrhâ est primum et præstantissimum.

Describitur hic compositio unguenti, quo unguendi et consecrandi erant sacerdotes; item tabernaculum, ejusque vasa, jubeturque illud confici ex stacte, cinnamomo, calamo, casia et oleo olivarium, certâ mensurâ hic præscriptâ inter se commixtur.

CALAMI. Calamum hic odoratum, sive aromaticum intellige, ut patet ex Hebræo, Chald. et Septuag., de quo Theophrastus lib. 9 histor. plant. c. 7; Plinius lib. 12, c. 22; Galen. lib. 8 Medicam. simplic.; Dioscorid. lib. 1, c. 17.

VERS. 24. — CASIÆ QUINGENTOS SICLOS IN PONDRE SANCTUARI, q. d.: Sicutum hic accipio illius ponderis cujus erat siclus sanctuarii, sive sicutum qui tanto sit pondere, quantum appendit siclus sanctuarii; non quòd is communis siclo sit major, sed quòd ipse justissimè sit mensura, uti dixi vers. 15. Neque enim necesse est ponere cum Ariã Montano alium hic siclum ponderis, diversum à siclo monetæ, quasi siclus hic fuerit genus ponderis, quod monetæ sicli non fuerit æquilibrium, sed diversum ab eo pondus habuerit; nam Script. hujus diversitatis sicli nullam dat significationem: quare verisimilius est Hebræos pondus monetæ sicli ad alias etiam res transtulisse, ut et nos subinde in familiari phrasi facimus, dum res raras et pretiosas dicimus appendere duos, tres aut quatuor regales; præsertim quia prisca utebantur monetâ, veq̃ gratiâ, siclo non cuso, sed ad pondus appenso, equè merces et res suas appreciabant, ut dixi v. 15. Siclus ergo, sui origine, uti et etymo, mensura erat ponderis, aq̃ue ac monetæ.

VERS. 26. — ET UNGES EX EO TABERNACULUM TESTIMONI. Hebr. *moad*, id est, conventus vel testimonii, de quo dixi e. preced. v. 45.

VERS. 29. — ERUNT SANCTA SANCTORUM. Erunt sanctissima ex hæc consecratione.

QUI TIGERIT EA SANCTIFICABITUR, q. d.: Contactu vasorum sanctorum sanctificabitur ille qui ea tangit, inquit R. Salomon; sed hoc falsum esse ostendi cap. 29, 37. Sanctificabitur ergo, id est, sanctificari debet, ita ut si sit immundus, expiet se aquâ lustrationis, de qua Levit. 14, et Num. 19, antequam altare vel alia vasa sancta tangat, inquit Abulens.

VERS. 35. — HOMO QUICUNQUE TALE COMPOSUERIT,

ET DEDERIT EX EO ALIENO, EXTERMINABITUR DE POPULO SUO. Alieno, id est, alicui qui non est sacerdos, vel generis sacerdotalis: nisi enim prius retinuit, ne quis in suum usum tale unguentum sacerdotale componat, ita hic vetat ne fiat in usus alienos. Ita August. quest. 135.

VERS. 34. — SUME TIBI AROMATA, STACTES, ETC. Sic ut v. 25 descriptis compositionem unguenti quo unguendi erant sacerdotes et vasa sacra, ita hic describit compositionem thymiamatis quod adolendum erat in altari thymiamatis. Jubet ergo thymiama hoc confici et commisceri ex stacte, onychâ, galbano et thure. Sicut enim Deus pasci voluit victimis anthropopatiæ, ita voluit recreari odoribus, itaq̃ue placari, quia ira et indignationis indicium est in naribus. Unde Job 41, v. 11, dicitur: *De naribus ejus procedit fumus*; nares autem mulcentur suavi odore. Unde hic placationis aptum est symbolum. Ita Arias Montan. et Alcazar in Apocal. 5, v. 8, not. 5.

Nota primò. Stacto est lacryma myrrhæ, ut dixi v. 25. Secundò: *Galbanum succus est*, ait Dioscor. lib. 5, c. 81, *ferule nascentis in Syria, quem nonnulli metopium vocant; maximè laudatur cartilaginiosum et pingue* (unde fortè hebr. vocatur *chebana*, *cheleb* enim significat pinguedinem) galbanum; *menses et partus trahit vel appositus, vel suffusus; adversatur toxicis, necat serpentes, devoratur ad tussim veterem, difficultatem spirandi, aliasque sedandas*. De galbano scribit et Plinius lib. 12, 25, et lib. 24, 5; et Galen. lib. 8 Simplic. medicam. Addit Script. et requirit ut galbanum sit *boni odoris*, hebr. *samsim*, id est, aromaticum, ut selectum significet et odoratum. Nam Dioscor. asserit galbanum esse gravis odoris; et Plinius ait galbanum fetere, et castoreum olerè; quòd fortè intelligit de partibus galbani magis terrestribus, non verò de subtilioribus, uti statim dicam de onychâ, idèque noster interpres addit *et boni odoris*. Tertiò, onycha, inquit Glossa, est ostreola parva redolens instar unguis humani; equidem puto onycham esse illam quam Dioscor. unguem odoratum vocat, lib. 2, c. 8, dicitque esse conchylii tegumentum in hardiferis Indiæ paludibus: idèque suavem spirare odorem, eò quòd conchyliis inibi nardi pabulo vescantur. Odoris gratiâ sufficit onycha, sed nonnihil castoreum olet; intellige cum Mathiolo, si partibus ejus tenuibus odoratis exhalatis, testa relicta crementur; nam aliqui de onychâ sic tanit Propert:

Et crocino nares myrrheus unguat onyx.
Onycham pharmacopœi vocant blautum byzantium, teste Amato et Mathiolo in Dioscoridem.
Tropolog. S. Greg. lib. 4 Moral. 59: *Thymiama*, ait, *ex aromatis compositum facimus, cum in altari boni operis virtutum multiplicitate redolemus*. Atque commode per thus religionem orationemque acciperis, per stactem mortificationem, per galbanum (utpote calidum et pingue) charitatem et misericordiam, per onycham (utpote colore similem ungui, et odore nardo) castitatem. Hinc Symbolicè, S. Basilus in c. 4 Isaia, ante medium: *Thymiama hoc*, inquit, *est corporis sanctimoniam per temperantiam, et frantum rationis in corpus, quòd quatuor elementis constat: stacte ad aquam refer-*

tur, thus ad ærem, onyx ad terram ob ariditatem, galbanum ad ignem ob calorem præfervidum. Hæc ergo inter se contemperat et moderatur sanctimoniam, quasi thymiama sanctum. Maximè verò thymiama est oratio. Ad hoc thymiama alludens S. Joan. Apocal. 5, 8, ait sanctis illis quatuor animalibus datas fuisse *philas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum*; et cap. 8, vers. 5: *Data*, ait, *sunt illi incensa multa*.

Ubi nota. Orationes sanctorum comparantur hic suffitui non cuius, sed odoramentorum. Primò, quia oratio instar thuris sursum ascendit, psal. 140: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Secundò, quia sicut thus est odoratum, ita orationes sanctorum Deum oblectant. Tertiò, uti thus foetorem, ita oratio peccatum abigit, Deique iram mitigat. Quarto, thymiama fiebat ex aromatibus comitis: sic oratio ex animo mortificato et humili procedere debet. Quintò, thymiama in igne adolebatur; ita oratio in igne tribulationum exardescit. Unde Cantic. 4 ait sponsa: *Vadam ad montem myrrhæ et ad collem thuris*.
VERS. 35. — FACIESQUE THYMIAMA, ETC. NITUM DILIGENTER, ET PURUM, ET SANCTIFICATIONE DIGNISSIMUM. Hebr. in *sanctificationem*, q. d.: Facies thymiama tam bonè, purè et diligenter commixtum et compositum, ut dignum sit quòd Deus sanctificetur, id est, adoleatur, offeratur, incendantur.

VERS. 56. — QUOMOE IN TENUISSIMUM PULVEREM UNIVERSA CONTUDERIS, ut perfectior fiat commixtio, indeque odoratus thymiama.

Tropolog. S. Gregor. in fine lib. 4 Moral.: *In tenuissimum*, inquit, *pulverem aromatumque universa conterimus, cum bona nostra, quasi in pilo cordis, occultâ discussione tundimus*, et si veraciter bona sint, subtilitè retractamus. Hinc apud veteres cor in thuribulo positum hieroglyphicè significabat orationes prolesque puro, humili, contrito et ardenti corde prolatas ad Deum, inquit Pierius hieroglyphico 54.

PONES EX EO (Thymiama) CORAM TABERNACULO TESTIMONI. Puta in altari thymiamatis quod est coram vel ante tabernaculum testimonii, id est, ante Sanctum sanctorum. Duplex enim erat quasi tabernaculum, ob duas ejus partes: unum vocabatur Sanctum, alterum Sanctum sanctorum; de secundo hic loquitur Scriptura.

In quo loco (puta in tabernaculo jam dicto, id est, in Sancto sanctorum) APPAREBO TIBI. SANCTUM SANCTORUM (id est, sanctissimum) ERIT ROC THYMIAMA.

VERS. 58. — HOMO QUICUNQUE FECERIT SIMILE (thymiama), UT ODORE ILLIUS PERFRACTA, PERIBIT DE POPULIS SUIS. Hebr. est, *excindetur de populis suis* quia scilicet Deus illum ut inobedientem et sacrilegum occidet plagâ aliquâ hujus vite, aut certè in gehennâ æternaliter illum puniet. Sic enim cò contrario *aggredi ad populum suum*, significat iungi consortio sanctorum et beatorum. Velut Dominus sub tam gravi penâ ne quis in usus profanos adhiberet compositionem thymiamatis, ad hoc ne res sacræ et res templi profanarentur, aut ecclesiasticum ministerium illeseretur et contemneretur. Insuper voluit eos molliciter unionis dedocere; hæc enim sacra non ad molitium,

sed ad symbolum et significationem sacram, atque ad reverentiam sacerdotii adhibebatur. Idem monuerunt gentiles. Socrates quibat unguenta relinquenda feminis; in juvenibus nullum unguentum melius olere quam oleum quo inter exercendum utebantur. Nam amaracino, aut foliato, profinis idem olere servus et ingenuus. Rogatus quid senes olere deceat: *Probitatem*, inquit. Rogatus ubi hoc unguentum venderetur, recitavit Theogonidis carmen:

*Εὐθύτην αὖτις ῥῆθ' ἕξ' ἐὼς ἡλὴν δόξασκεναι.
Qui bonus est, ab eo bona discite.*

Hujus generis gnydam congerit Xenophon in Convivio, Erasmo lib. 3 Apophth. Idem cum taxaret unguentis delibatos, Phaedon interrogatus quisnam adeo unguentis delibatus esset, respondit Aristippus: *Ego, ait, infelix; sed me multo inferior Persarum rex. At te ride, inquit, ut quemadmodum hac parte nullo ceterorum animalium es superior, ita nec hominum ullo sis praestantior.* Quo dicto sensit unguentis et odoribus hominem nihil fieri meliorem, cum et equus balsamo oblitus idem oleret quod rex; et mendicis unguento simili delibatus non minis bene oleat quam summus pontifex. Laert. lib. 2. Anarcharsis oleum dicebat esse venenum. insaniam gignens, eo quod athletes videret nectis in se javicem insanire. Nec olei usum, ut architector, noverant Scythae, ut quod nec apud illos proyeniret, nec aliunde importaretur. Athleta non pugnant nisi uncti: putant enim corpus fieri robustius, ac Scythia simulabat se credere illis oleum esse cau-

CAPUT XXXI.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Ecce, vocavi ex nomine Bezeleel filium Uri, filii Hur de tribu Juda,
3. Et implevi eum spiritu Dei, sapientia et intelligentia, et scientia in omni opere,
4. Ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, et argento, et ere,
5. Marmore, et gemmis, et diversitate lignorum.
6. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditus posui sapientiam, ut faciant cuncta quae precepi tibi:
7. Tabernaculum federis, et arcam testimonii, et propitiarium, quod super eam est, et cuncta vasa tabernaculi;
8. Mensamque et vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis, et altaria thymiamatis,
9. Et holocausti, et omnia vasa eorum, labrum cum basi sua,
10. Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti et filiis ejus, ut fungantur officio suo in sacris;
11. Oleum metionis, et thymiamata aromatum in sanctuario: omnia quae precepi tibi facient.
12. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
13. Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Videte ut sabbatum meum custodiatis; quia signum est inter

sam insanie. Laert. lib. 4, c. 9. Diogenes pactus unguentum, eo pedes inunxit tranquere morem publicum. Id demiranibus dixit: quoniam unguentum capiti infusum exhalatur in aerem, a pedibus autem ascendit ad nares. Similiter alius reprehendit publicam consuetudinem qua coronas capiti imponunt; cum magis conveniat infra nares ponere, quod fragrantia vapor non tam descendat quam ascendat. Laert. lib. 6. Idem, euidam habenti capillos unguento delibatos: *Care, inquit, ne capitis suavolentia vitam malevolentiam adducat; nam graecorum vocum jucundam affinitatem utrumque reddere studimus, εὐδαιμονία et εὐνοῦδαιμονία.* Unguentum enim in viro arguit vitam molliem: fama porro velut odor est hominis. Simile quiddam dixit Martialis:

Postume, non bene olet, qui bene semper olet.

Ita Laert. lib. 6. Idem nichil faciles esse deos ad donandum hominibus vitam: ceterum haec ignorari ab his qui quaerunt unguenta. Laert. ibid. Lycurgus unguentia eiecit e repub., tanquam olei corruptelam ac perniciem. Nam oleum, inquit, odoribus vitiatum nullum habet usum, nec ad esum, nec ad membrorum unktionem; atque dum rem necessariam ad delicias corrumpunt, fit ut minor sit copia. Plutarchus in Lacon. apophthemat. Fl. Vespasiano cum adolescens quidam gratias ageret pro impetrata praefectura, quoniam unguento fragrabat, et nutu contemptus est, et graviter increpatus: *Mallet, inquit Vespasianus, alium oboluisse.* Mox et literas concessas revocavit. Suetonius in ejus Vita.

CHAPITRE XXXI.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit:
2. J'ai appelé nommément Bezeleel, fils d'Uri, qui est fils de Hur de la tribu de Juda; je l'ai choisi exprès pour exécuter ce que je vous ai ordonné de faire.
3. Et je l'ai rempli de l'esprit de Dieu; je l'ai rempli de sagesse, d'intelligence et de science pour toutes sortes d'ouvrages.
4. Pour inventer tout ce que l'art peut faire avec l'or, l'argent, l'airain.
5. Le marbre, les pierres précieuses et tous les bois différents.
6. Je lui ai donné pour compagnon Ooliab, fils d'Achisamech de la tribu de Dan. Et j'ai répandu la sagesse dans le cœur de tous les artisans habiles, afin qu'ils fassent sous eux tout ce que je vous ai ordonné de faire.
7. Le tabernacle de l'alliance, l'arche du témoignage, le propitiatoire qui est au-dessus, et tout ce qui doit servir dans le tabernacle:
8. La table avec ses vases, le chandelier qui doit être d'un or très-pur, avec tout ce qui sert à son usage, l'autel des parfums.
9. Et l'autel des holocaustes avec tous leurs vases, et le bassin avec sa base.
10. Les vêtements saints destinés au ministère du grand-prêtre Aaron et de ses fils, afin qu'ils soient revêtus d'ornements sacrés en exerçant les fonctions de leur sacerdoce.
11. L'huile d'onction et le parfum aromatique qui doit servir au sanctuaire. Ces personnes exécuteront tout ce que je vous ai commandé de faire.
12. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit:
13. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur: Quelque diligence que vous devez apporter à faire tout ce que je vous ai prescrit pour mon tabernacle, avez grand soin néanmoins d'observer mon sabbat, parce que c'est la marque que j'ai établie entre moi et vous, et qui doit

me et vos in generationibus vestris, ut sciatis quia ego Dominus, qui sanctifico vos.

14. Custodite sabbatum meum; sanctum est enim vobis; qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.

15. Sex diebus facietis opus; in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino; omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.

16. Custodiant filii Israel sabbatum, et celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum

17. Inter me et filios Israel, signumque perpetuum. Sex enim diebus fecit Dominus caelum et terram, et in septimo ab opere cessavit.

18. Deditque Dominus Moysi, completis hujuscemodi sermoibus in Monte Sinai, duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

COMMENTARIUM.

VERB. 2.—VOCAVI EX NOMINE BESELEEL, q. d.: Ego Deus nominatim praeter ceteris omnibus delegi et designavi Bezeleel, ut ipse fabricet tabernaculum, omninoque ejus supellectilem. Per catachresin ponitur vocari praesignari: qui enim ab hominibus designatur magistratus vel praefecti, solent ad hunc statum nominatim evocari, unde Hispani eos vocant *criados*.

BESELEEL FILIUM URI, FHU HUR. Hur hic avus Bezeleel videtur fuisse ille de quo cap. 17, vers. 14; et c. 24, 14. Erat enim ille ex senioribus Israel, et proximus dignitate Aaroni fratri Moysi, ideoque in eo Moses sistit genealogiam Bezeleel, quasi ipse ab avo Hur, cujus superioris mentionem fecit, sat sit cognitus; potuitque facile fieri ut Bezeleel etiam grandævus simul cum Hur avo suo viveret, verbi gratia, si demus Bezeleel annos 60, Hur vero centum, vel centum et decem. Negat hoc Abulensis, censetque Bezeleel hoc tempore fuisse 92 annorum. Sed quis credat tam senem ad tantam et tam laboriosam fabricam fuisse delectum? Porro Hur hic fuit filius Caleb (non exploratoris illius celebris, qui solus cum Josue murmurantibus restitit, ut vult R. Salomon; ille enim hoc tempore non attigerat annum 40, ut patet Josue 14, 10), sed alterius multo senioris, filii videlicet Eson, filii Phares, filii Juae patriarchae. Vide I Paral. 2, v. 6, 9, 19.

Symbolicè, Sirabus, sive Glossa ordinaria: *In constructione, inquit, tabernaculi mysterium Trinitatis ostenditur, sicut in baptismo et transfiguratione Christi. In baptismo enim vocat Pater, et Filius baptizatus est, atque in specie columbae Spiritus sanctus apparuit. Pari modo hic Ooliab, qui interpretatur protectio mea Pater, Patris personam significat. Bezeleel, qui idem est quod in umbrâ Dei, significat Spiritum sanctum, de quo dicitur: Virtus Altissimi, id est, Spiritus S., umbrabit tibi. Jussio autem, id est, verbum quo tabernaculum fieri jussum est, est Filius, per quem Pater in virtute Spiritus sancti omnia operatur. Sancta enim Trinitas tam tabernaculum hoc materiale, quam ejus antitypum*

passer après vous à vos enfants, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur qui vous ai créés par ma puissance, et qui vous sanctifie par ma grâce et par mon esprit.

14. Observez mon sabbat, parce qu'il vous doit être saint; celui qui l'aura violé sera puni de mort. Si quelqu'un travaille ce jour-là, le péria du milieu de son peuple.

15. Vous travaillerez pendant six jours mais le septième jour est le sabbat et le repos consacré au Seigneur. Quiconque travaillera ce jour-là sera puni de mort.

16. Que les enfants d'Israël observent le sabbat, et qu'ils le célèbrent d'âge en âge. C'est un pacte par lequel je leur promets un repos éternel sous la figure de ce repos passager; c'est une alliance.

17. Entre moi et les enfants d'Israël, et une marque qui durera toujours. Car le Seigneur a fait en six jours le ciel et la terre, et il a cessé d'agir le septième, qu'il a voulu que lui fut particulièrement consacré, et qui fit soulever les hommes du repos éternel qui leur est destiné.

18. Le Seigneur, ayant achevé de parler de cette sorte sur la montagne de Simat, donna à Moïse les deux tables du témoignage qui étaient de pierre, et écrites du doigt de Dieu.

Ecclesiam, et animas sanctas sibi in templum aedificat et efformat.

Tropolog. Hur hebraicè candorem significat, incanque candidam, qualis est fides. Uri significat ignem, qualis est charitas. Bezeleel significat in umbrâ Dei, qualis est spes: hæc enim in ope Dei, quasi in umbrâ, securè requiescit. Jam hæc tria, puta fides, spes, charitas, aedificant tabernaculum, id est, domum animæ, ut sit templum Dei.

VERB. 5.—ET IMPLEVI EUM SPIRITU DEI, puta spiritu meo. Loquitur enim Deus more hebreo, de se tanquam de aliquo tertio. Similis enallage persone est v. ult., et Gen. 19, 25; et Num. 12, v. 6 et 8; Amos 4, 11, et alibi. Porro spiritus Dei est qui sequitur, videlicet sapientia, intelligentia, et scientia in omni opere fabrilis, à Deo data et aspirata. Est enim appositio: Spiritus Dei (qui est) sapientia, intelligentia et scientia in omni opere; vide dicta c. 28, v. 5.

VERB. 6.—DENIQUE ET SOCIUM OOLIAB FILIUM ACHISAMECH. Ooliab hebraicè idem est quod tabernaculum meum, vel protectio mea est Pater, conjunctis celebris. Achisamech idem est quod frater conjunctus. Hic ergo significat Apostolos virosque apostolicos, qui per spem in Deum, Deique opem et protectionem quam significat Ooliab, perque opem mutuum et fraternam quam significat Achisamech, aedificaverunt Ecclesiam, que est tabernaculum Dei. Ac nominatim, inquit Glossa, Bezeleel et Ooliab sunt Petrus et Paulus, qui duo post Christum aedificaverunt Ecclesiam Judaeorum et gentium. Bezeleel enim, qui interpretatur umbrâ Dei, significat Petrum: nam ad tactum umbræ ejus virtute divinâ sanabatur infirmus, Actor. 5. Ooliab, qui interpretatur protectio vel habitatio mea Pater, est Paulus, qui mente habitavit in Deo Patre omnium; unde ait ipse Philip. 3: c. Nostra conversatio in cælis est.

ET IN CORDE OMNIS ERUDITI POSUI SAPIENTIAM. UT FACIANT CUNCTA QUAE PRÆCEPI TIBI, q. d.: Porrius artificibus minoribus et inferioribus dedi etiam industriam

suam et peritiam, ut ipsi juvent Beselcel et Ooliab in fabricâ tabernaculi. Discite hinc, artes omnes, etiam mechanicas, esse dona Dei, saltem naturalia, neque in iis ut suis, sed quæ industriâ inventis aut partis, homini gloriandum esse, sed illas Deo ascribendas, ab coque pendendas esse. Ita Rupert. in c. 35 Exod., in fine.

VERS. 13. — VIDETE UT SABBATUM METU CUSTODIATIS: QUIA SIGNUM EST INTER ME ET VOS. Ahulens. et Lipoman. putant hic interjici mentionem sabbati hâc de causâ, non scilicet Hebræi putarent licere sibi tabernaculum fabricare die sabbati. Verum hæc ratio angustior est, et Scriptura nullam ejus dat significationem. Dico ergo: Solum sabbati præceptum hic repetit Deus, illudque adjectâ pœnâ mortis denotat sanctitatem, tum quia præcipit eam ceremonialis lex hæc sabbati, recurrentis singulis hebdomadis; tum quia sabbatum erat cultus Dei maximè publicus et sollemnis, unde subdit: Quia signum est inter me et vos, q. d.: Quia sabbatum signum est quod vos mihi sitis populus, et ego sim vobis Deus, utpote in cuius honorem, et ob cuius obedientiam colitis septimum diem, puta sabbatum, sacro otio quasi protestantes me creatorem esse omnium, quæ sex diebus facta sunt, meque septimo hoc die ab omni opere meo cessasse; ideòque vobis annitendum est, ut illo die mens per orationem aliqua pia exercita in Deo quiescat, hic per gratiam, et in futuro per gloriam.

UT SCIATIS QUIA EGO DOMINUS, QUI SANCTIFICO VOS, QUI SCILICET VOS AD CULTUM MEUM APPLICO, MIHIQUE QUASI DICO ET CONCEPRO PER HANC FESTIVITATEM MEAM SABBATI, UT IN EÂ ME SACRÊ COLOIATIS.

VERS. 14. — SANCITUM EST ENIM VOBIS, Q. D.: SABBATUM VOBIS EST SOLEMNE FESTUM, SANCTO DEI CULTU DICATUM. Vide Deuter. 5, 12.

QUI Fecerit in eo opus, peribit anima (id est, vita) illius de medio populi sui; q. d.: Qui laborando violat quietem sabbati, morte plectatur per sententiam judicis, si crimen, puta sabbati violatio, constat; si non constat, tum homo ille, aliis modis vindicante Deo, sive per homines quasi fortuito, sed fortuitum hoc intendente et dirigente Deo, uti dixi c. 21, 15; sive per alias creaturas Dei administras morte puniatur, et quod maximum est, peribit in æternum in gehennâ, tanquam reus maximi criminis.

VERS. 15. — SABBATUM EST REQUIS, etc. Hebr. est, sabbaton est sabbat. Hebræi per sabbaton, id est, sabbatum, accipiunt parvum additamentum ad sabbatum; quia enim ipsi non sciunt præcisè momentum quo incipit sabbatum, ut illi satisfaciant, horam unam citius illud auspiciant, et horam unam tardius finiunt, et hoc tempusculum putant vocari sabbaton, id est, sabbatum. Verum hæc nimis arcta et anxia est religio. Optimè ergo veritè et dispunxit noster interpres, quem passim alii sequuntur.

VERS. 17. — PACTUM EST SEMPTERNUM INTER ME ET FILIOS ISRAEL. Sabbatum vocat pactum, id est, conditionem pacti. Septuag. vertunt: Testamentum sive fœdus æternum est in me et filiis Israel, ut scilicet filii Israel in me, puta in Deo, Deique visione et fruitio-

ne, per requiem æternam quam eis promisi, quiescant, inquit S. Aug. quest. 139. Sed hic sensus non respondet Hebræo, in quo non est in, sed, inter; et ita præpositio in, quam habent Septuag., exponenda est per inter.

IN SEPTIMO AD OPERE CESSAVIT. Hebr. innaphes, id est, respiravit à labore, et respirando quievit. Loquitur Scriptura de Deo anthropopatiè.

VERS. 18. — DEDITQUE DOMINUS MOST, etc., DUAS TABULAS TESTIMONII (id est, decalogi, sive legis, quæ testimonium est voluntatis divinæ, quid scilicet Deus velit à nobis fieri) LAPIDEAS SCRIPTAS DIGITO DEI. Digito suo, hoc est, à se, non ab homine vel angelo; est enallage, de quâ dixi v. 3. Nota est dedit, non quasi Deus ante non dederit decalogum: inservi enim omnibus cum naturâ hanc legem, uti docent S. Irenæus lib. 4, 30; Cyrill. lib. 1 in Joan. c. 41; S. Hier. in c. 24 Isaiæ; Ambr. de Fugâ seculi c. 3. Sed dedit eam denotat scriptam tabulis lapideis, idque ad oblivionem quæ ex illius neglectu et seorditâ hominum irrepêbat, advertendam, atque ad acuendas mentes hoc signo ad legis firmam et arcetam custodiendam; ideòque eam non chartæ, sed lapidi inscriptam dedit. Porro lapidum hinc pretiosum fuisse, utpote adeo novè ad divinam hanc scripturam formatum et destinatum, conjicere licet. Hebræi censent fuisse sapphirum, teste Lyrano in Exodi 24, 12. Ubi idem de iisdem testatur Ahulens., rectèque confutat eosdem dicentes Mosèn, tractis sapphirinis hisce tabulis ob peccatum populi, fragmenta eorum collegisse, indeque se ditasse. Ex sapphiro quoque fuisse hæc tabulas disertè docent Suidas, verbo Moses, S. Epiphani. lib. de 12 Gemmis, Anastasius Nicænus quest. 58 in S. Script., et Nilus Metropolitæ de lapidum Theoreticâ. Favet, quòd Deus legem Moisi daturus apparuerit cum suppedaneo sapphirino, c. 24, 10. Vidè quæ de sapphiro notavi ibidem, et Apocal. 21, 21. Verum hæc de re nihil certè statuere licet, cum Scriptura speciem lapidis non exprimat. Porro quòd Chaldaeus et Rabbinî tradunt, sapphirum tabularum legis excisum fuisse è throno sapphirino Dei, Exodi 24, 12, crassa eorumdem est fabella.

Mysticè, hæc tabule significabant tabulas cordis, in quibus scribenda sunt Dei mandata, 1 Corinth. 3, v. 3 et sequent.

Notant Isidor., Ahulens., Hugo, Lipoman., Hebræi, et alii passim, in primâ tabulâ fuisse scripta præcepta quæ Deum Deique dilectionem et cultum spectant, quæ Hebræi numerant quatuor; dividunt enim primum præceptum in duo, scilicet: Unum Deum cole; et: Non facies sculptile vel idolam. Catholici verò hæc duo in unum conjungunt, tantùmque numerant tria primæ tabule præcepta, de quo Deuter. 5. In secundâ verò tabulâ scripta fuisse præcepta, quæ spectant proximum proximique dilectionem, quæ Hebræi numerant sex; conjungunt enim duo ultimâ præcepta de concupiscentiâ uxoris et rei alienæ, in unum; Catholici verò meliùs ea dividunt, ac consequenter numerant septem secundæ tabule præcepta. Pependum ergo utrumque tabule totiusque legis est: Dilige Deum, et dilige proximum, uti docet Christus.

CAPUT XXXII.

1. Videns autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant; Moysi enim, huic viro qui nos eduxit de terrâ Ægypti, ignoramus quid acciderit.

2. Dixitque ad eos Aaron: Tollite aureas aureas de uxorum filiorumque et filiarum vestrarum auribus, et afferte ad me.

3. Fecitque populus quæ jusserat, deferrens aureas ad Aaron.

4. Quas cum ille accepisset, formavit opere fusorio, et fecit ex eis vitulum conflatilem; dixeruntque: Sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti.

5. Quod cum vidisset Aaron, edificavit altare coram eo, et præconis voce clamavit, dicens: Cras sollemnis Domini est.

6. Surgentesque manè, obtulerunt holocausta et hostias pacificas, et sedit populus manducare, et bilere, et esurxerunt ludere.

7. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende; peccavit populus tuus, quem eduxisti de terrâ Ægypti.

8. Reverserunt citò de viâ quam ostendisti eis; feceruntque sibi vitulum conflatilem, et adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti.

9. Rursûmque ait Dominus ad Moysen: Cerno quòd populus iste dura cervicis sit;

10. Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, faciámque te in gentem magnam.

11. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terrâ Ægypti, in fortitudine magnâ, et in manu robustâ?

12. Ne, queso, dicant Ægyptii: Callidè eduxit eos, ut interficerent in montibus, et deleteret e terrâ; quiescat ira tua, et esto placabilis super nequitiam populi tui.

13. Recordare Abraham, Isaac et Israel, servorum tuorum, quibus jurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli; et universam terram hæc, de quâ locutus sum, dabo semini vestro, et possidebitis eam semper.

14. Placatusque est Dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat adversus populum suum.

15. Et reversus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonii in manu suâ, scriptas ex utraque parte.

16. Et factas opere Dei; scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.

CHAPITRE XXXII.

1. Mais le peuple voyant que Moïse différât longtemps à descendre de la montagne, s'assembla en s'élèvan contre Aaron, et lui dit: Venez, faites-nous des dieux qui marchent devant nous; car pour ce qui est de Moïse, cet homme qui nous a tirés de l'Égypte, nous ne savons ce qu'il lui est arrivé.

2. Aaron voulant valentir l'ardeur qu'ils témoignaient avoir pour les idoles en leur demandant ce qu'ils avaient de plus précieuse, leur répondit: Otez les pendants d'oreilles de vos femmes, de vos fils et de vos filles, et apportez-les moi.

3. Mais le peuple sacrifiant tout à sa passion pour les idoles, fit ce qu'Aaron avait commandé, et lui apporta les pendants d'oreilles des femmes et des enfants.

4. Aaron, plus intimidé par la fureur du peuple, que retenu par la crainte de Dieu, les ayant pris, les jeta en fonte, et il en forma un veau sur le modèle du dieu Apis, que les Égyptiens adoraient. Alors les Israélites dirent: Voici vos dieux, ô Israël, qui vous ont tiré de l'Égypte.

5. Ce qu'Aaron ayant vu, et se trouvant toujours dans la même timidité, il dressa un autel devant le veau, et il fit crier par un héraut: Demain sera la fête solennelle du Seigneur. Il espérait qu'en les faisant souvenir de ce nom redoutable, il les détournerait du culte de cette vaine idole; mais ces faibles efforts firent peu d'impression sur le cœur insensé des enfants d'Israël.

6. Et s'étant levés dès le matin, ils offrirent des holocaustes et des hosties pacifiques au tiers d'or. Tout le peuple s'assit pour manger et pour boire autour de cette idole, et ils se levèrent ensuite pour jouer et pour danser en son honneur.

7. Alors le Seigneur parla à Moïse, et lui dit: Allez, descendez, car votre peuple, que vous avez tirés de l'Égypte, a péché.

8. Ils se sont retirés bientôt de la voie que vous leur aviez montrée; ils se sont fait un veau jeté en fonte, ils l'ont adoré; et ils immolant des hosties, ils ont dit: Ce sont là vos dieux, Israël, qui vous ont tiré de l'Égypte.

9. Le Seigneur dit encore à Moïse: Je vois que ce peuple a la tête dure.

10. Laissez-moi faire, afin que la fureur de mon indignation s'allume contre eux, et que je les exterminé, et je vous rendrai le chef d'un autre grand peuple.

11. Mais Moïse conjura le Seigneur son Dieu, en disant: Seigneur, pourquoi votre fureur s'allume-t-elle contre votre peuple, que vous avez fait sortir de l'Égypte avec une grande force et une main puissante?

12. Ne permettez pas, je vous prie, que les Égyptiens disent de vous: Il les a tirés d'Égypte avec adresse pour les tuer sur les montagnes, et pour les exterminer de la terre. Que votre colère s'apaise, et laissez-vous fléchir pour pardonner à l'iniquité de votre peuple.

13. Souvenez-vous de l'Abraham, d'Isaac et d'Israël, vos serviteurs, auxquels vous avez juré par vous-même, en disant: Je multiplierai votre race, comme les étoiles du ciel, et je donnerai à votre postérité toute cette terre dont je vous ai parlé, et vous la posséderez pour jamais.

14. Alors le Seigneur s'apaisa, pour ne point faire à son peuple le mal dont il venait de parler.

15. Moïse retourna donc de dessus la montagne, portant en sa main les deux tables du témoignage ou les lois du Seigneur étaient écrites des deux côtés.

16. Elles étaient l'ouvrage du Seigneur, comme l'écriture, qui était gravée sur ces tables, était aussi de la main de Dieu, qui y avait lui-même écrit ses dix commandements; et les y avait écrits deux fois pour en marquer l'importance, et pour faire mieux sentir la nécessité qu'il y avait de les observer.